

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXIX. Concordia inter Summum Pontificem & Germanos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](#)

Inita tandem fuit, Deo dante, concordia inter Fridericum, Principes, Prælatos, Capitula Germaniæ, & Papæ Legatum, ejusque pacta solemnia legi possunt apud Raynald. ad annum 1448. num. 3., & in Constitutione I. Nicolai V., qui eam per Apostolicam Bullam confirmavit, & apud Goldastum in sæpe relatum. I. pag. 408. In ea sanè concordia Nicolaus Papa sibi soli, & Successoribus reservavit Beneficia expressa in Extravag. *Ad Regimen de Præbend.*, Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, & Collegiatis, necnon alia quæcumque, & quomodocumque vacantia in mensibus Januarii, Martii, Junii, Septembris, & Novembris: cæterorum verò Beneficiorum vacantium in aliis mensibus, præter jam reservata, collationem, & provisionem concessit Ordinariis Collatoribus, inhibuitque sibi, & Successoribus, iis mensibus, Ordinariis assignatis, ullam expectativam, sive aliam quamcumque gratiam vacatura complectentem concedere: & in §. 3. in omnibus Ecclesiis, & Monasteriis electivis, nullo excepto, in posterum fieri liberas, & canonicas electiones sancivit.

Itaque si quæ irrepserat consuetudo pri-

XXX.

mariarum Precum tempore quo Principes

Concordare

C 3

III V X X
Primaria
Papæ et de Bn
Regno VI. H.
decreto III
concessis